Quia gloria virtutis eorū tu
es: et in beneplacito tuo exalta
bit cornu nr̄m Quia dn̄i est
assūptio nr̄a: 7 sc̄i isrl' regis nr̄i.
Tunc locutus es in Phares.
visione sc̄tis tuis. et dixi
sti posui adiutoriū in potente:
et exaltaui electū de plebe mea
Inueni dauid seruū meū: oleo
sc̄to meo vnxi eū Manus enim
mea auxiliabit ei: et brachiū
meū cōfirmabit eū Nichil pfi
ciet inimicus in eo: et filius
iniquitatis nō apponet nocere ei
Et concidā a facie ipsi9 inimi
cos eius: et odiētes eū in fugā
cōuertā Et vitas mea 7 mīa
mea cū ipso: et in nomīe meo
exaltabit cornu ei9 Et ponā

in mari manū eius: et in flumi
nibus dexterā eius. Ipse inuo
cabit me pater me⁹ es tu: deus
meus et susceptor salutis mee.
Et ego primogenitū ponā illū:
excelsū pre regib⁹ terre. In eter
nū seruabo illi mīaz meā: et te
stamentū meū fidele ipsi. Et po
nam in sclm scli semen eius: et
thronū ei⁹ sicut dies celi. Si autē
dereliquerit filij ei⁹ legez meā:
et in iudicijs meis non ambu
lauerint. Si iusticias meas pro
phanauerint: et mandata mea
non custodierit. Visitabo in vir
ga iniqtates eorū: et in vlerib⁹
pctā eorū. Misericordiā autē meā
nō dispergaz ab eo: neqz nocebo
in veritate mea. Neqz profanabo
testamentū meū: et que pcedūt
de labijs meis nō faciaz irrita.

Semel iuraui in sancto meo . si
dauid mentiar: semē eius in
eternū manebit Et thronus
eius sicut sol in cōspectu meo . et
sicut luna pfecta in eternū: et testis
in celo fidelis Tu vero repulisti
et despexisti: distulisti christū tu
um Auertisti testamentū serui
tui: pphanasti in terra sanctua
riū eius Destruxisti omnes sepes
eius: posuisti firmamentū eius
formidinē Diripuerūt eū oēs
trāseuntes viā: factus est oppro
briū vicinis suis Exaltasti dex
terā deprimentiū eum: letifica
sti omnes inimicos eius Auertisti
adiutoriū gladii eius: et non
es auxiliatus ei in bello Destru
xisti eum ab emundatione: et sedem
eius in terra collisisti Minora
sti dies tpis eius: pfudisti eum

cõfusione Usqꝫquo dn̄e auertis in finē: exardescet sicut ignis ira tua. Memorare que mea substantia: nunquid enim vane cõstituisti om̄es filios hominum. Quis est homo qui viuet et non videbit mortē: eruet anim̄ suā de manu inferi. Ubi sūt mīe tue antique dn̄e: sicut iurasti dauid in veritate tua. Memor esto dn̄e opprobrij seruoꝝ tuoꝝ: qd̄ cõtinui in sinu meo multarū gentiū. Qd̄ exprobrauerūt inimici tui dn̄e: qd̄ exprobrauerūt cõmutatiõeꝫ christi tui. Benedictus dn̄s in eternū: fiat fiat. Glia. Añ. Benedictus dn̄s: in eternū. Ps. 89.

Domine refugiū factus es nobis: a generatiõe in generatiõeꝫ. Priusqꝫ montes fierēt aut formaret terra ⁊ or

bis: a sclo et vsq3 in sclm tu es
deus Ne auertas hoīem in hu
militatē: et dixisti cōuertimi
filij hoim Qm̄ mille anni ante
oculos tuos: tanq3 dies hester
na que preterijt Et custodia ī
nocte: que pro nichilo habent᷑
eoꝝ anni erūt Mane sic herba
trāseat. mane floreat et trāseat:
vespere decidat induret et arescat
Quia defecim⁹ in ira tua: et in
furore tuo turbati sum⁹ Posui
sti iniquitates nr̄as in cōspectu tuo:
sclm nr̄m in illuminatiōe vult⁹
tui Qm̄ omnes dies nr̄i defece
runt: et in ira tua defecim⁹ An
ni nr̄i sic aranea meditabunt᷑:
dies annoꝝ nr̄oꝝ in ipsis septu
aginta anni Si aūt in potēta
tibus octoginta anni: et ampli⁹
eoꝝ labor et dolor Qm̄ superue

nit mansuetudo: et corripiemur.
Quis novit potestatem ire tue:
et pre timore tuo iram tuam dinu
merare. Dexteram tuam sic notam
fac: et eruditos corde in sapientia.
Convertere domine usquequo: et de
precabilis esto super servos tuos.
Repleti sumus mane misericordia tua:
exultavimus et delectati sumus in
omnibus diebus nostris. Letati sumus
pro diebus quibus nos humiliasti:
annis quibus vidimus mala. Re
spice in servos tuos et in opera tua:
et dirige filios eorum. Et sit splen
dor domini dei nostri super nos: et opera
manuum nostrarum dirige super nos. et
opus manuum nostrarum dirige. Ps. 90.
Qui habitat in adiutorio al
tissimi: in protectione dei celi
commorabitur. Dicet domino susceptor
meus es tu: et refugium meum deus

meus sperabo in eum. Quoniam ipse libera-
vit me de laqueo venantium: et a
verbo aspero. Scapulis suis obum-
brabit tibi: et sub pennis eius sperabis.
Scuto circumdabit te veritas eius:
non timebis a timore nocturno. A
sagitta volante in die. a negocio
perambulante in tenebris: ab in-
cursu et demonio meridiano. Ca-
dent a latere tuo mille. et decem
milia a dextris tuis: ad te autem non
appropinquabit. Verumtamen oculis
tuis considerabis: et retributionem pec-
catorum videbis. Quoniam tu es domine spes
mea: altissimum posuisti refugium
tuum. Non accedet ad te malum: et fla-
gellum non appropinquabit taberna-
culo tuo. Quoniam angelis suis manda-
vit de te: ut custodiant te in omnibus
viis tuis. In manibus portabunt
te: ne forte offendas ad lapidem

pedem tuum. Super aspidem et basiliscum
ambulabis: et conculcabis leonem et
draconem. Quoniam in me speravit libe-
rabo eum: protegam eum quoniam cognovit
nomen meum. Clamavit ad me et
exaudiam eum. cum ipso sum in tribula-
tione: eripiam eum et glorificabo eum. Lon-
gitudine dierum replebo eum: et osten-
dam illi salutare meum. Ps. 91.

Bonum est confiteri domino: et psal-
lere nomini tuo altissime. Ad
annunciandum mane misericordiam tuam: et
veritatem tuam per noctem. In decacho-
rdo psalterio: cum cantico in cithara.
Quia delectasti me domine in factu-
ra tua: et in operibus manuum tuarum
exultabo. Quam magnificata sunt opera
tua domine: nimis profunde facte sunt
cogitationes tue. Vir insipiens non
cognoscet: et stultus non intelli-
get hec. Cum exorti fuerint peccatores

sicut fenum: et apparuerint omnes qui
operantur iniquitatem. Ut intereant
in seculum seculi: tu autem altissimus in
eternum domine. Quoniam ecce inimici
tui domine. quoniam ecce inimici tui pe
ribunt: et dispergentur omnes qui
operantur iniquitatem. Et exaltabitur
sicut unicornis cornu meum: et se
nectus mea in misericordia uberi. Et de
spexit oculus meus inimicos me
os: et insurgentibus in me mali
gnantibus audiet auris mea. Iustus
ut palma florebit: sic cedrus li
bani multiplicabitur. Plantati
in domo domini: in atriis domus dei
nostri florebunt. Adhuc multiplica
buntur in senecta uberi: et bene pati
entes erunt ut annuncient. Quoniam
rectus dominus deus noster: et non est
iniquitas in eo. Gloria patri et filio.
Ant. Exaltare. Psalmus. 92.

Dominus regnauit decorem in
dutus est: indutus est dominus
fortitudinem et precinxit se. Etenim
firmauit orbem terre: qui non com
mouebitur. Parata sedes tua ex
tunc: a seculo tu es. Eleuauerunt
flumina domine: eleuauerunt flumina vo
cem suam. Eleuauerunt flumina fluctus
suos: a vocibus aquarum multarum. Mira
biles elationes maris: mirabilis
in altis dominus. Testimonia tua
credibilia facta sunt nimis: do
mum tuam decet sanctitudo domine in lon
gitudine dierum. Ps. 93.
Deus vltionum dominus: deus vl
tionum libere egit. Exaltare qui
iudicas terram: redde retributi
onem superbis. Usquequo peccatores
domine: vsquequo peccatores gloriabuntur.
Effabuntur et loquentur iniquitatem:
loquentur omnes qui operantur iniu


Psalmus: Dominus regnauit: Praetermittitur, quia dicitur in Laudib.
suo loco dicitur. Notus in Iudæa Deus.

sticiam Populum tuum domine humili
averunt: et hereditatem tuam vexa
verunt Viduam et advenam inter
fecerunt: et pupillos occiderunt Et
dixerunt non videbit dominus: nec
intelliget deus iacob Intelligi
te insipientes in populo: et stulti ali
quando sapite Qui plantavit aurem
non audiet: aut qui finxit oculum
non considerat Qui corripit gentes
non arguet: qui docet hominem scientiam
Dominus scit cogitationes hominum: quoniam
vane sunt Beatus homo quem tu
erudieris domine: et de lege tua do
cueris eum Ut mitiges ei a diebus
malis: donec fodiatur peccatori fovea
Quia non repellet dominus plebem
suam: et hereditatem suam non derelin
quet Quoadusque iusticia conver
tatur in iudicium. et qui iuxta illam:
omnes qui recto sunt corde Quis


cōsurget michi aduersus malignā
tes: aut quis stabit mecū aduer
sus operantes iniquitatē Nisi q̄a
dn̄s adiuuit me: paulominꝰ ha
bitasset in inferno aīa mea ·
Si dicebā motus est pes meus:
mīa tua dn̄e adiuuabat me. Se
cundū multitudinē dolorꝝ meorꝝ
in corde meo: ꝯsolatiōes tue letifi
cauerūt aīaꝫ meā Nunquid adhe
ret ti sedes iniq̄tatis: qui fingis
laborē in pcepto Captabūt in
aīaꝫ iusti: et sanguineꝫ innocētēꝫ
cōdemnabūt Et factus est dn̄s
michi in refugiū: et deus meus
in adiutoriū spei mee Et reddet
illis iniquitatē ipsoꝝ. et in mali
cia eoꝝ disperdet eos: disperdet illos
dn̄s deus nr̄ Gloria. Aū. Exalta
re: qui iudicas terrā. ℣. Beatus
hōmo: quē tu erudieris dn̄e. ℟.

Et de lege tua: docueris eum. Alia an. Alla alla: alleluia.

In Epiphia dni cantatur sequens ps cum sua an sic. Et sciendum quod an: Venite adoremus. prima vice incipit basse Senior que tangit ordo. Postea semper incipitur a Cantore primo qui est in choro hebdomadarius. et prosequitur a toto choro. Ps vero per choros alternatim prout ista signatur. Et ps vel v. incipitur semper sicuti an finitur scilicet in eodem. Sed an post versum incipitur semper altius una nota id est secunda. Antiphona.



Venite adoremus deum quia



ipse est dominus deus noster. Euouae.

V Cantor. i^us^ ut. re. fa. Ps. 94.

Venite exultemus domino: iubilemus deo salutari nostro. Preoccupemus faciem eius in confessione: et in psalmis iubilemus ei. An. Venite. vers.

Can. i^us^ ut. re. fa. Quoniam deus magnus dominus: et rex magnus super omnes deos. Quia in manu eius sunt omnes fines terre: et altitudines montium ipsius sunt. An vers. Can. i^us^ Quoniam ipsius ut re fa.

est mare et ipse fecit illud: et siccam
manus ei9 formauerunt Sequens
v. obmittit' i die ephie. i loco ei9
canit' an. Venite. vts. Venite a
doremus et procidamus plorem9 ante
dnm qui fecit nos: qa ipse e dns de9
nr Can. 2a. Et nos ppls pascue
eius. et oues manus ei9: hodie
si voce ei9 audieritis nolite obdu
rare corda vra. Sicut in irritati
one fm die tentatiois in deserto.
vbi tentauerunt me pres vri: pro
bauerunt et viderunt opera mea.
an. vts. Can. 2a. Quadraginta a
nis offensus fui generatioi illi:
et dixi sp errat corde Et isti non
cognouerunt vias meas: vt iura
ui in ira mea si intrabut in reqe
mea. An vts. Can. 2a. Glia pri i fi.
Sic erat i pri. an. alti9 vt sup.

In scto nact' aii. Cantate dno.



an. Alla. ps. 95.

Cantate dno canticu no
uu: cantate dno onis
terra Cantate dno et bndicite
noi ei9: annuciate de die in die
salutare ei9 Annuciate inter ge
tes gliam ei9: in oib9 pplis mirabi
lia ei9 Qm magn9 dns et lauda
bilis nimis: terribilis e sup oes
deos Qm oes dii gentiu demo
nia: dns aut celos fecit Cofessi
o et pulchritudo in ospectu ei9: sci
monia et magnificetia in scifica
tione ei9 Afferte dno patrie ge
tiu. afferte dno gliam et honorem:
afferte dno gliam nomi ei9 Tol
lite hostias et introite in atria ei9:
adorate dnm in atrio scto ei9 Co
moueat a facie ei9 vniusa terra:
dicite in getib9 qa dns regnauit

Etenim correxit orbem terre qui non
commouebitur: iudicabit populos in
equitate. Letentur celi et exultet terra.
commoueatur mare et plenitudo eius:
gaudebunt campi et omnia que in eis
sunt. Tunc exultabunt omnia ligna sil
uarum a facie domini quia venit: quoniam ve
nit iudicare terram. Iudicabit or
bem terre in equitate: et populos in ve
ritate sua. Psalmus. 96.

Dominus regnauit exultet
terra: letentur insule multe. Nu
bes et caligo in circuitu eius: iusti
cia et iudicium correctio sedis eius.
Ignis ante ipsum precedet: et infla
mabit in circuitu inimicos eius.
Illuxerunt fulgura eius orbi terre:
vidit et commota est terra. Montes
sicut cera fluxerunt a facie domini: a fa
cie domini omnis terra. Annunciaue
runt celi iusticiam eius: et viderunt omnes

ppli gliaz ei⁹ Cōfundant omēs
qui adorāt sculptilia: qui gliant
in simulacris suis Adorate eū
oēs angeli ei⁹: audiuit ⁊ letata ē
syon Et exultauerūt filie iude:
ꝓpter iudicia tua dn̄e Qm̄ tu dn̄s
altissim⁹ sup omēz terraz: nimis
exaltat⁹ es sup oēs deos Qui di
ligitis dn̄m odite malū: custo
dit dn̄s aīas sctoꝝ suoꝝ: de ma
nu pctorꝭ liberabit eos Lux orta
est iusto: ⁊ rectis corde leticia Le
tamī iusti in dn̄o: ⁊ ꝯfitemī me
morie sctificatiōis ei⁹ Glia pri·
Añ· Cantate dn̄o: et benedicite
nomī ei⁹ Añ· Quia mirabilia·
Cantate dn̄o canticū ps· 97·
nouū: qa mirabilia fecit
Saluabit sibi dextera ei⁹: ⁊ bra
chiū sctm̄ ei⁹ Notū fecit dn̄s sa
lutare suū: in ꝯspectu gentiū re

uelauit iusticiā suā Recordatus
est mīe sue: et veritatis sue domui
isrl' Viderūt oēs termini terre: sa
lutare dei nři Iubilate deo ois
terra: cātate et exultate et psallite
Psallite dn̄o in cithara in citha
ra et voce psalmi: in tubis ducti
libus et voce tube cornee Iubila
te in ɔspectu regis dn̄i. moueat̄
mare et plenitudo ei9: orbis t̄rarū
et qui habitāt in eo Flumina
plaudēt manu simul. mōtes ex
ultabūt a ɔspectu dn̄i: qm̄ venit
iudicare terrā Iudicabit orbē
terrarū in iusticia: et ppl'os ī eq̄tate.
Dominu9 regnauit ira Ps. 98.
scant̄ ppli: qui sedes sup che
rubin moueat̄ terra Dn̄s in syō
magn9: et excelsus sup oēs ppl'os
Confiteant̄ nomī tuo magno.
qm̄ terribile et sctm̄ est: et honor

regis iudiciū diligit Tu para
sti directiōes: iudiciū ꝛ iusticiā
in iacob tu fecisti Exaltate dñz
deū nrm: et adorate scabellū pedū
ei⁹ qm̄ sctm est Moyses ꝛ aaron
in sacerdotib⁹ eius: et samuel in
ter eos qui inuocāt nomē eius
Inuocabāt dñm et ipe exaudi
ebat eos: in colūna nubis loque
bat' ad eos Custodiebāt testimo
nia ei⁹: et preceptū qd' dedit illis
Dne deus nr̄ tu exaudiebas eos.
deus tu ꝓpici⁹ fuisti eis: et vlciscēs
in omēs adinuentiōes eoꝝ Ex
altate dñm deū nrm. ꝛ adorate in
mōte scto ei⁹: qm̄ sctš dñs de⁹ nr.
Glia. An. Quia mirabilia: fe
cit dñs. an. Iubilate deo. ps. 99.
Iubilate deo oīs tra: seruite
dño in leticia Introite i cō
spectu ei⁹: in exultatiōe Scitote

Psalmus Iubilate, Prætermittitur, quando dicitur in Laudibus & eius loco dicitur
Bonum est confiteri: 91

quoniam dominus ipse est deus: ipse fecit nos et
non ipsi nos. Populus eius et oves pa
scue eius. Introite portas eius in confessi
one: atria eius in hymnis confitemini
illi. Laudate nomen eius quoniam suavis
est dominus. in eternum misericordia eius: et usque
in generationem et generationem veritas eius.
Misericordiam et iudi Ps. c.
cium: cantabo tibi domine. Psallam
et intelligam in via immaculata: quando
venies ad me. Perambulabam in
innocentia cordis mei: in medio do
mus mee. Non proponebam ante oculos
meos rem iniustam: facientes pre
varicationes odivi. Non adhesit
michi cor pravum: declinantem a me
malignum non cognoscebam. Detra
hentem secreto proximo suo: hunc per
sequebar. Superbo oculo et insatia
bili corde: cum hoc non edebam. Oculi
mei ad fideles terre ut sedeant me

cū: ambulās in via imaculata
hic michi ministrabat. Non ha
bitabit in medio domus mee q
facit superbiā: qui loquit᷑ iniqua
nō direxit in cōspectu oculoꝝ me
oꝝ. In matutino interficiebā
omēs pctores terre: ut disꝑderē
de ciuitate dñi omēs opantes
iniq̄tatē Gl'ia. Añ. Jubilate do
omīs terra. añ. Alla alla: alla.
℣. Jubilate deo: oīs terra. ℟. Ser
uite dño: ī leticia. Ad lau. añ.



Spiritu principa li cōfirma



coꝛ meū deus ps. Miserere. In is



rahel. magnū nomē ei9 ps. Not9.

Bonum est confiteri Domino.

Bonū est cōfiteri domino ·

Ps · Ipsū · Domine audiui · auditū tuū et timui · Can · Ipsum ·

In tympano et choro in chordis et organo · laudate deū · Ps · Laudate ·

R · breue · Benedicat ·

Hymnus · Eterna celi gloria · beata spes mortaliū: celsi tonātis unice casteq3 proles v̄ginis · Da dexterā surgētib9 exurgat ⁊ mēs


sobria: flagransq; in laudē dei grās
rependat debitas Ortus refulget
lucifer sparsamq; lucē nunciat: ca
dit caligo noctiū lux sc̄a nos il
luminet Manensq; n̄ris sensib9
noctē repellat scl̄i: omniq; fine di
ei purgata servet pectora Quesi
ta iam primū fides radicet altis
sensib9: secūda spes cōgaudeat qua
maior extat charitas Deo pr̄i sit.
℣. Repleti sum9. Ad bn̄dict9 an̄.



Per viscera misericordie




de i n̄ri. in quib9 visita uit nos



oriens ex alto. Euouae.

Sabbato Inuit. Dnm deū no
strū. Venite adore. Hymn⁹.
Summe deus clementie mū
diqz factor machine: vnus poten
tialiter trinusqz psonaliter. Nos
tros piis cū canticis fletus beni
gne suscipe: quo corde puro sordi
bus te pfruam⁹ largius. Lumbos
iecurqz morbidū adure igni cō
gruo: accincti vt sint perpetim lu
xu remoto pessimo. Ut quiqz ho
ras noctiū nūc cōcinendo rumpi
mus: donis beate patrie ditemur
omnes affatim. Pstā pr̄ piissime.
In pmo noct. an. Clamor me⁹.
Tpr pas. an. Alla. psalmus. ci.



Domine exaudi orōez
meā: et clamor me⁹
ad te veniat. Non
auertas faciē tuā
a me: in quacūqz

die tribulor inclina ad me aurez
tuã In quacumqz die inuocauero
te: velociter exaudi me Quia de
fecerũt sic fum⁹ dies mei: et ossa
mea sicut cremiũ aruerũt Per
cussus sũ vt fenũ et aruit cor me
um: qz oblit⁹ sũ comedere panẽ
meũ A voce gemit⁹ mei: adhesit
os meũ carni mee Silis factus
sũ pellicano solitudinis: factus
sũ sic nocticorax in domicilio Vi
gilaui: et factus sũ sic passer so
litarius in tecto Tota die expro
brabãt m inimici mei: et q lauda
bant me aduersũ me iurabant
Quia cinerẽ tanqz panẽ mandu
cabaz: et poculũ meũ cũ fletu mi
scebã A facie ire indignationis
tue: qz eleuãs allisisti me Dies
mei sic vmbra declinauerũt: et
ego sic fenũ arui Tu aũt dñe i

eternū pmanes: et memoriale tu
um in generatione et generationē. Tu
exurgens misereberis syon: quia
tempus miserendi eius quia venit tempus
Quoniam placuerunt servis tuis lapi
des eius: et terre eius miserebuntur
Et timebunt gentes nomen tuum
domine: et omnes reges terre gloriam tuam
Quia edificavit dominus syon: et vi
debitur in gloria sua Respexit in oratio-
nem humilium: et non sprevit precem eorum
Scribantur hec in generatione alte
ra: et populus qui creabitur laudabit
dominum Quia prospexit de excelso sancto
suo: dominus de celo in terram aspexit
Ut audiret gemitus compeditorum:
ut solveret filios interemptorum Ut
annuntient in syon nomen domini: et
laudem eius in ierusalem In conveniendo
populos in unum: et reges ut serviant
domino Respondit ei in via virtutis

sue: paucitatē dierū meoꝝ nūcia
michi. Ne reuoces me in dimidi
o dierū meoꝝ: in generatiōe ꝛ genera
tiōe anni tui. Inicio tu dn̄e terā
fundasti: et opa manuū tuaꝝ sūt
celi. Ipsi peribūt tu autē ꝑmanes:
et omēs sicut vestimentū veterascēt.
Et sicut opertoriū mutabis eos et
mutabuntur: tu autē idē ipse es: et
anni tui nō deficiēt. Filij seruoꝝ
tuoꝝ habitabūt: et semē eoꝝ in
sclm dirigetur. Ps̄. 102.
Benedic aīa mea dn̄o: ꝛ oīa
que intra me sūt nomī scō eius.
Benedic aīa mea dn̄o: ꝛ noli
obliuisci omēs retribuciōes eius.
Qui ꝓpiciat̄ omib⁹ iniquitatib⁹
tuis: qui sanat omēs infirmita
tes tuas. Qui redimit de interitu
vitā tuā: qui coronat te in mīa ꝛ
miseratiōib⁹. Qui replet in bo

nis desideriũ tuũ: renouabit' vt
aquile iuuent' tua. Faciēs mias
dñs: et iudiciũ oībus iniuriā pa
tientib'. Notas fecit vias suas
moysi: filijs isrl' volūtates suas.
Miserator et mĩcors dñs: longa
nimis et multũ mĩcors. Non in
perpetuũ irascet': neq; in eternũ
cōminabit'. Non sēm pctā nrā fe
cit nobis: neq; sēm iniqtates nrās
retribuit nobis. Qm̄ sēm altitu
dinē celi a terra: corroborauit mi
sericordiā suā sup timētes se. Qn̄
tũ distat ortus ab occidēte: longe
fecit a nobis iniqtates nrās. Quo
modo miseret' pater filiorũ. miser'
est dñs timētib' se: qm̄ ipe cogno
uit figmentũ nrm̄. Recordatus
est qm̄ puluis sum'. Homo sicut
fenũ: dies ei' tanq; flos agri sic
efflorebit. Qm̄ spūs ptrãsibit in

illo et non subsistet: et nō cogno
scet amplius locū suū Misericor
dia autē dñi ab eterno et usqz in
eternū: sup timētes eū Et iusti
cia illius in filios filioꝝ: his qui
seruāt testamentū eiꝰ Et memo
res sūt mandatoꝝ ipsiꝰ: ad faciē
dū ea Dn̄s in celo parauit sedē
suā: et regnū ipsiꝰ omībꝰ dn̄abit
Bn̄dicite dn̄o omēs angeli eiꝰ
potentes virtute: faciētes verbū
illiꝰ ad audiendā vocē sermonū
eiꝰ Benedicite dn̄o omēs vtutes
eius: ministri eiꝰ qui facitis volū
tatē eiꝰ Benedicite dn̄o omnia
opa eius: in omī loco dn̄ationis
eius benedic aīa mea dn̄o Glā.
Añ. Clamor meus: ad te veniat
deus. Añ. Benedic. Psalmꝰ 102.
Benedic aīa mea dn̄o: dn̄e
deus meus magnificatus

es vehementer Confessionem et
decorem induisti: amictus lumine
sicut vestimento Extendens celum sicut
pellem: qui tegis aquis superiora
eius Qui ponis nubem ascensum
tuum: qui ambulas super pennas ve
torum Qui facis angelos tuos spiritus:
et ministros tuos ignem urentem
Qui fundasti terram super stabili
tatem suam: non inclinabitur in seculum
seculi Abyssus sicut vestimentum ami
ctus eius: super montes stabunt aque
Ab increpatione tua fugient: a vo
ce tonitrui tui formidabunt Ascen
dunt montes et descendunt campi:
in locum quem fundasti eis Termi
num posuisti quem non transgredientur:
neque convertentur operire terram Qui
emittis fontes in convallibus: inter
medium montium pertransibunt aque Po
tabunt omnes bestie agri: expectabunt

onagri in siti sua. Super ea volucres
celi habitabūt: de medio petrarū
dabūt voces. Rigans montes de
superiorib⁹ suis: de fructu operum
tuorū saciabit terra. Producēs fe
nū iumētis: et herbā servituti
hoīm. Ut educas panē de terra: et
vinū letificet cor hominis. Ut exhi
laret faciē in oleo: et panis cor
hoīs cōfirmet. Saturabunt
ligna campi. et cedri libani quas
plantavit: illic passeres nidifica
būt. Herodii domus dux est eo
rū. mōtes excelsi cervis: petra
refugiū erinaciis. Fecit lunā in
tpa: sol cognovit occasū suū. Po
suisti tenebras et facta est nox: in
ipsa ptrāsibūt omēs bestie silve
Catuli leonū rugiētes ut rapiāt:
et querāt a deo escā sibi. Ortus ē
sol et cōgregati sūt: et in cubilib⁹

suis collocabunt. Exibit homo ad opus suū: et ad opationē suā vsq; ad vesperā. Quā magnificata sūt opera tua dn̄e. omnia in sapiētia fecisti: impleta est terra possessione tua. Phares.

Hoc mare magnū et spaciosū manibus: illic reptilia quorū nō est numerus. Animalia pusilla cū magnis: illic naues pertrāsibūt. Draco iste quē formasti ad illudendū ei: omnia a te expectāt vt des illis escā in tpe. Dante te illis colligent: apiente te manū tuā oīa implebunt bonitate. Auertente aūt te faciē turbabūt: auferes spiritū eorū et deficiēt: et in puluerē suū reuertent. Emitte spm̄ tuū et creabūt: et renouabis faciē tre. Sit glīa dn̄i in sclm̄: letabitur dn̄s in opibus suis. Qui respicit

terrã et facit eam tremere: q̄ tangit montes et fumigāt Cantabo dño in vita mea: psallam deo meo q̄ꝫ diu sum Iocundū sit ei eloquiū meū: ego vō delectabor in dño Deficiant pctores a terra. et iniqui ita vt non sint: benedic aīa mea dño Glia. Añ. Benedic: aīa mea dnm. Añ. Letet̄ Confitemī dño ꝛ Ps. ioe. corinuocate nomē eius: annūciate inter gentes opa ei⁹ Cantate ei et psallite ei: narrate omnia mirabilia eius Laudamini in nomīe scō ei⁹: letet̄ cor quērentiū dnm Querite dnm et ꝯfirmamini: querite faciē eius sp̄ Mementote mirabiliū ei⁹ que fecit: pdigia ei⁹ et iudicia oris eius Semen abraham serui ei⁹: filij iacob electi eius Ipse dns deus nr̄: in vniu

sa terra iudicia eius Memor fuit
in sclm testamẽti sui: verbi quod
mandauit in mille generationes
Quod disposuit ad abrahã: et iu
ramenti sui ad ysaac Et statuit
illud iacob in preceptũ: et isrl' in
testamentũ eternũ Dicẽs tibi dabo
terrã chanaan: funiculũ heredita
tis vr̃e Cum essent numero bre
ui: paucissimi et incole ei9 Et p
transierũt de gente in gentẽ: et de
regno ad pplm alterũ Non reliqt
hoiẽz nocere eis: et corripuit pro
eis reges Nolite tangere christos
meos: et in pphetis meis nolite ma
lignari Et vocauit famẽ sup trã:
et omẽ firmamentũ panis ɔtriuit
Misit ante eos virũ: in seruũ ve
nundat9 est ioseph Humiliauerũt
in cõpedib9 pedes ei9: ferrũ ptrãsiit
aiaz eius: donec veniret verbũ

eius Eloquiū dñi inflammauit
eū. misit rex et soluit eū: princeps
pplor et dimisit eū Cōstituit eū
dñm domus sue: et principē omīs
possessionis sue Ut erudiret prī
cipes eius sic semetipsū: et senes
eius prudentiā doceret. Phares.
ET intrauit isrl' in egyptū: et
iacob accola fuit in terra
cham Et auxit pplm suū vehemē
ter: et firmauit eū sup inimicos
eius Conuertit cor eor ut odiret
pplm eius: et dolū faceret in fuos
eius Misit moysen seruū suum:
aaron quē elegit ipsū Posuit in
eis verba signor suor: et pdigior
in terra cham Misit tenebras et
obscurauit: et nō exacerbauit ser
mones suos Cōuertit aquas eor
in sanguinē: et occidit pisces eorū
Edidit terra eor ranas: in pene

tralibus regū ipsoꝝ Misit et venit
cynomia et cyniphes: in omnibus
finibus eoꝝ Posuit pluuias eoꝝ
grandinē: ignē cōburentē in t'ra
ipsoꝝ Et percussit vineas eorū et fi
culneas eoꝝ: et cōtriuit lignū fi
niū eorū Dixit et venit locusta et
bruchus: cui⁹ nō erat numer⁹ Et
comedit om̄e fenū in terra eoꝝ: ⁊
comedit om̄ez fructū terre eoꝝ Et
percussit om̄e primogenitū in t'ra
eoꝝ: primitias om̄is laboris eorū
Et eduxit eos cū argēto ⁊ auro:
et nō erat in tribub⁹ eoꝝ infirm⁹
Letata est egyptus in pfectione
eoꝝ: quia incubuit timor eoꝝ sup
eos Expandit nubē in ptectionē
eorū: et ignē vt luceret eis per no
ctem Petierūt et venit coturnix:
et pane celi saturauit eos Dirupit
petrā et fluxerūt aque: abierūt in

sicco flumina Qm memor fuit
verbi sci sui: qd habuit ad abra
ham puerum suum Et eduxit pplm
suum in exultatione: et electos suos
in leticia Et dedit illis regiones
gentium: et labores pplorum possederunt
Ut custodiant iustificationes eius:
et legem eius requirant Gloria. Añ.
Letetur cor: querentium dnm. V.
Domine exaudi: orationem meam. R. Et cla
mor meus: ad te veniat. Tpe pasc.
añ. Alla alla: alla.
In scdo noct. añ. Visita nos.

Añ. Alla. psalmus. ios.
Confitemini dno qm bonus:
qm in sclm mia eius Quis
loquetur potentias dni: auditas
faciet omnes laudes eius Beati qui
custodiunt iudicium: et faciunt iusti
ciam in omni tpe Memento nri dne i
bnplacito ppli tui: visita nos in

salutari tuo Ad videndū in boni
tate elector͛ tuor͛. ad letandū in le
ticia gentis tue: vt lauderis cū he
reditate tua Peccauim⁹ cū prib⁹
nr̄is: iniuste egim⁹ iniquitatē fe
cimus Pr̄es nr̄i in egypto nō in
tellexerūt mirabilia tua: nō fuerūt
memores multitudinis mīe tue
Et irritauerūt ascendētes in ma
re: mare rubrū Et saluauit eos
ꝓpter nomē suū: vt notā faceret
potentiā suā Et increpuit mare
rubrū et exiccatū est: et deduxit eos
in abyssis sic in deserto Et salua
uit eos de manu odientiū: et rede
mit eos de manu inimici Et oper
uit aqua tribulātes eos: vnus ex
eis nō remansit Et crediderunt
verbis eius: et laudauerūt laudē
eius Cito fecerūt obliti sūt oper͛
eius: nō sustinuerūt ↄsiliū eius

Et concupierunt concupiscentiam
in deserto: et tentauerunt deum in
inaquoso. Et dedit eis petitionem
ipsorum: et misit saturitatem in animas
eorum. Et irritauerunt moysen in
castris: aaron sanctum domini. Aperta
est terra et deglutiuit dathan: et
operuit super congregationem abiron.
Et exarsit ignis in synagoga
eorum: flamma combussit peccatores.
Et fecerunt vitulum in oreb: et ado
rauerunt sculptile. Et mutauerunt
gloriam suam: in similitudinem vituli co
medentis fenum. Obliti sunt deum
qui saluauit eos. qui fecit ma
gnalia in egypto: mirabilia in ter
ra cham. terribilia in mari rubro.
Et dixit vt disperderet eos: si non
moyses electus eius stetisset in con
fractione in conspectu eius. Ut auer
teret iram eius ne disperderet eos: et p

nichilo habuerūt terrā desiderabi
lem Non crediderūt verbo eius.
et murmurauerūt in tabernaclis
suis: nō exaudierūt vocē dnī Et
eleuauit manū suā sup eos: vt p
sterneret eos in deserto Et vt deij
ceret semen eoꝝ in nationibus: et
dispergeret eos in regionib⁹ Et
initiati sūt beelphegor: ꝛ comederūt
sacrificia mortuoꝝ Et irritauerūt
eū in adinuentionib⁹ suis: ꝛ multi
plicata est in eis ruina Et stetit
finees et placauit: et cessauit quas
satio Et reputatū est ei in iusticiā:
in generatiōe et generatiōē: vsqꝫ in
sempiternum. Phares.
Et irritauerūt eū ad aquas cō
tradictionis. et vexatus est moyses
ꝓpter eos: quia exacerbauerūt spm
eius Et distinxit in labiis suis:
nō displicuerūt gentes quas dixit

dn̄s illis Et cōmixti sūt inter gē
tes. et didicerūt opera eoꝝ et ser
uierūt sculptilib⁹ eoꝝ: et factū est
illis in scandalū Et immolauerūt
filios suos: et filias suas demoniis
Et effuderūt sanguinē innocentē.
sanguinē filioꝝ suoꝝ et filiaꝝ suaꝝ:
quas sacrificauerūt sculptilibus
chanaan Et interfecta est terra ī
sanguinib⁹ et cōtaminata est in
operib⁹ eorū: et fornicati sūt in ad
inuentionib⁹ suis Et iratus est
furore dn̄s in ppłm suū: et abhomi
natus est hereditatē suā Et tra
didit eos in manus gentiū: et dn̄ati
sūt eoꝝ qui oderūt eos Et tribula
uerūt eos inimici eoꝝ. et humili
ati sūt sub manib⁹ eoꝝ: sepe libera
uit eos Ipsi autē exacerbauerunt
eū in cōsilio suo: et humiliati sūt
in iniquitatib⁹ suis Et vidit cū

tribularentur: et audiuit orationem eorum Et memor fuit testamenti sui: et penituit eum secundum multitudinem misericordie sue Et dedit eos in misericordias: in conspectu omnium qui ceperant eos Saluos fac nos domine deus noster: et congrega nos de nationibus Ut confiteamur nomini sancto tuo: et gloriemur in laude tua Benedictus dominus deus israel a seculo et usque in seculum: et dicet omnis populus fiat fiat Gloria. An. Visita nos domine: in salutari tuo. An. De necessitatibus

Confitemini domino Ps. 106. meis. quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius Dicant qui redempti sunt a domino. quos redemit de manu inimici: de regionibus congregauit eos A solis ortu et occasu: ab aquilone et mari Errauerunt in solitudine in inaquoso: uiam ciuitatis habitaculi non inuenerunt Esurientes et sitientes:

anima eorum in ipsis defecit Et cla
maverunt ad dominum cum tribularentur:
et de necessitatibus eorum eripuit eos
Et deduxit eos in viam rectam: ut
irent in civitatem habitationis Con
fiteantur domino misericordie eius: et mirabilia
eius filiis hominum Quia satiavit animam
inanem: et animam esurientem satiavit
bonis Sedentes in tenebris et um
bra mortis: vinctos in mendicitate
et ferro Quia exacerbaverunt elo
quia dei: et consilium altissimi irrita
verunt Et humiliatum est in labori
bus cor eorum: infirmati sunt nec fuit
qui adiuvaret Et clamaverunt
ad dominum cum tribularentur: et de neces
sitatibus eorum liberavit eos Et edu
xit eos de tenebris et umbra mortis:
et vincula eorum disrupit Confiteantur
domino misericordie eius: et mirabilia eius filiis
hominum Quia contrivit portas ereas:

et vectes ferreos cōfregit Susce
pit eos de via iniq̄tatis eor: ꝓpter
iniusticias eni suas humiliati sūt
Omēz escā abhominata est aīa
eor: et appropinquauerūt usqz ad
portas mortis Et clamauerūt ad
dn̄m cū tribularent': et de necessi
tatibus eor liberauit eos Misit v̄bū
suū et sanauit eos: et eripuit eos
de interitionibus eor Cōfiteantur
dn̄o mīe eius: et mirabilia eius filiis
hoīm Et sacrificent sacrificiū lau
dis: et annūcient opa eius in exul
tatione Qui descendūt mare in
nauibus: facientes opatiōē in aquis
multis Ipsi viderūt opera dn̄i: et
mirabilia eius in ꝓfundo. Phares.
Dixit et stetit spūs ꝓcelle: et ex
altati sūt fluctus eius Ascen
dunt usqz ad celos, et descendunt
usqz ad abyssos: aīa eor in malis

tabescebat Turbati sũt et moti sũt
sic ebrius: et omnis sapiã eoꝝ deuo
rata est Et clamauerũt ad dñm
cũ tribularent᷑: et de necessitatib⁹
eoꝝ eduxit eos Et statuit ꝓcellã
eius in auraꝫ: et siluerũt fluctus ei⁹
Et letati sũt quia siluerũt: ⁊ dedu
xit eos in portũ volũtatis eoꝝ Cõ
fiteant᷑ dño mĩe ei⁹: et mirabilia ei⁹
filijs hoim Et exaltẽt eum in eccl̃ia
plebis: et in cathedra senioꝝ laudent
eũ Posuit flumĩa in desertũ: ⁊ exi
tus aquarũ in sitim Terraꝫ fructi
feraꝫ in salsuginẽ: a malicia inha
bitantiũ in ea Posuit desertũ in
stagna aquaꝝ: et terrã sine aqua in
exitus aquaꝝ Et collocauit illic
esurientes: et ꝯstituerũt ciuitatẽ ha
bitationis Et seminauerũt agros
et plantauerũt vineas: et fecerũt
fructũ natiuitatis Et benedixit

eis et multiplicati sunt nimis: et iu
menta eorum non minoravit. Et pau
ci facti sunt: et vexati sunt a tribulati
one malorum et dolore. Effusa est con
tentio super principes: et errare fecit
eos in invio et non in via. Et adiu
vit pauperem de inopia: et posuit sicut
oves familias. Videbunt recti et le
tabuntur: et omnis iniquitas opila
bit os suum. Quis sapiens et custo
diet hec: et intelliget misericordias domini.
An. De necessitatibus meis: libera
me domine. An. Confitebor domino. Ps. Ioa.
Paratum cor meum deus paratum
cor meum: cantabo et psallam
in gloria mea. Exurge psalterium et
cithara: exurgam diluculo. Confi
tebor tibi in populis domine: et psallam tibi in
nationibus. Quia magna super celos
misericordia tua: et usque ad nubes veritas
tua. Exaltare super celos deus: et super

omēz terrā glīa tua: vt liberent^r di
lecti tui Saluū fac dextera tua ⁊ ex
audi me: deus locutus est in scō
suo Exultabo et diuidā sicimā:
et cōuallez tabernaculorꝫ dimetiar
Meus est galaad et meus est ma
nasses: et effraim susceptio capitis
mei Iuda rex meus: moab lebes
spei mee In idumeā extendā calci
amentū meū: michi alienigene a
mici facti sūt Quis deducet me in
ciuitatē munitā: quis deducet me
vsqꝫ in idumeā Nonne tu deus q̄
repulisti nos: et nō exibis deus in
virtutibꝰ nris Da nobis auxiliū de
tribulatione: quia vana salus hoīs
In deo faciemꝰ virtutē: et ipse ad
nichilū deducet inimicos nrōs.

Deus laudez meā ne Ps. 108.
taciueris: quia os pctoris et
dolosi sup me apertū est Locuti


sūt adversū me lingua dolosa. et
sermonibus odij circumdederūt me:
et expugnaverūt me gratis. Pro
eo ut me diligerēt detrahebant mi:
ego autē orabā. Et posuerūt adver
sum me mala pro bonis: et odiū p
dilectione mea. Constitue sup eū
pctorē: et diabolus stet a dextris eius.
Cum iudicatur exeat cōdemnatus:
et oratio eius fiat in pctm. Fiant
dies eius pauci: et episcopatū eius acci
piat alter. Fiant filij eius orphani:
et uxor eius vidua. Nutantes trāsfe
rantur filij eius et mendicēt: eiciantur
de habitationibus suis. Scrutetur fe
nerator omnē substantiā eius: et diri
piant alieni labores eius. Non sit illi
adiutor: nec sit qui misereatur pupil
lis eius. Fiant nati eius in interitū:
in generatione una deleatur nomen
eius. In memoriā redeat iniquitas

patrum eius in conspectu domini: et peccatum
matris eius non deleatur. Fiant contra
dominum semper. et dispereat de terra me
moria eorum: pro eo quod non est recor
datus facere misericordiam. Et persecutus est
hominem inopem et mendicum: et com
punctum corde mortificare. Et dile
xit maledictionem et veniet ei: et nolu
it benedictionem et elongabitur ab eo.
Et induit maledictionem sicut vesti
mentum. et intravit sicut aqua in inte
riora eius: et sicut oleum in ossibus eius.
Fiat ei sicut vestimentum quo operitur:
et sicut zona qua semper precingitur. Hoc
opus eorum qui detrahunt michi apud
dominum: et qui loquuntur mala adversus
animam meam. Et tu domine domine fac mecum
propter nomen tuum: quia suavis est miseri
cordia tua. Libera me quia egenus et pauper
ego sum: et cor meum conturbatum est in
tra me. Sicut umbra cum declinat ab

latus sum: et excussus sum sicut locu sta Genua mea infirmata sunt a ie iunio: et caro mea immutata est propter oleum Et ego factus sum opprobrium illis: viderunt me et mouerunt capita sua Adiuua me domine deus meus: sal uum me fac secundum misericordiam tuam Et sciant quia manus tua hec: et tu domine feci sti eam Maledicent illi et tu benedices: qui insurgunt in me confundantur: ser uus autem tuus letabitur Induantur qui detrahunt michi pudore: et operi antur sicut diploide confusione sua Con fitebor domino nimis in ore meo: et in medio multorum laudabo eum Qui asti tit a dextris pauperis: ut saluam faceret a persequentibus animam meam Gloria. An.

Confitebor domino nimis: in ore meo. an. Alleluia alleluia: alleluia. V. Confitebor domino nimis: in ore meo. R. Et in medio mul torum: laudabo eum. Ad laudes an.


Benigne fac in bona volūta te
tua domine · ps · Miserere · In veri
tate tua exau di me domine · ps
Dn̄e exau · ij · Date magnitudinē
nr̄o · Ca · Audite celi · In cym
balis bene sonātib⁹ lauda te deū · ps ·
Laudate do · Hymn⁹ ·




spargit polū· terris dies illabitur: lucis resultat spiculū discedat omē lubricū Fantasma noctis decidat mentis reatus subruat: quicquid tenebris horridū nox attulit culpe cadat Ut mane illud ultimū quod prestolamur cernui: in lucē nobis effluat dum hec canore concrepat Deo pr̄i sit glīa· ℣· Repleti sumus

Ad benedictus antiphona·



Illuminare do mine his qui in



tenebris sedēt: et dirige pedes nr̄os



in viam pacis deus isra el. Euouae

Dominica die ad vesperas ant.

Dixit dominus. Tempore pas. an. Alleluia.


Euouae. psalmus.




Euouae. 109.

Dixit Dominus domino meo: sede a dextris meis. Donec ponam inimicos tuos: scabellum pedum tuorum. Virgam virtutis tue emittet dominus ex syon: dominare in medio inimicorum tuorum. Tecum principium in die virtutis tue. in splendoribus sanctorum: ex utero ante luciferum genui te. Iuravit dominus et non penitebit eum: tu es sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech. Dominus a dextris tuis: confregit in die ire sue reges. Iudicabit in nationibus implebit.

ruinas: conquassabit capita in terra multorum. De torrente in via bibet: propterea exaltabit caput. Gloria. Ant.



Dixit dominus domino meo sede



a dextris meis. Fideli. a. Euouae.

Confitebor tibi domine in toto Ps. 110. corde meo: in consilio iustorum et congregatione. Magna opera domini: exquisita in omnes voluntates eius. Confessio et magnificentia opus eius: et iusticia eius manet in seculum seculi. Memoriam fecit mirabilium suorum misericors et miserator dominus: escam dedit timentibus se. Memor erit in seculum testamenti sui: virtutem operum suorum annunciabit populo suo. Ut det illis hereditatem gentium: opera manuum eius veritas et iudicium. Fidelia om

mandata eius: confirmata in seculum seculi: fa
cta in veritate et equitate. Redemptionem
misit populo suo: mandavit in eternum
testamentum suum. Sanctum et terribile no
men eius: initium sapientie timor domini. Intel
lectus bonus omnibus facientibus eum: lau
datio eius manet in seculum seculi. Ant.

Fideli a omnia mandata eius confir

ma ta in seculum seculi. In man

Beatus Ps. III. vir qui timet
dominum: in mandatis eius


datis. Euouae.

volet nimis. Potens in terra erit se
men eius: generatio rectorum benedicetur. Gloria
et divitie in domo eius: et iusticia eius
manet in seculum seculi. Exortum est in te
nebris lumen rectis: misericors et misera

tor: et iustus. Iocundus homo qui mi-
seretur et commodat. disponet sermones
suos in iudicio: quia in eternum non com-
movebitur. In memoria eterna erit
iustus: ab auditione mala non timebit.
Paratum cor eius sperare in domino confirma-
tum est cor eius: non commovebitur donec
despiciat inimicos suos. Dispersit dedit
pauperibus iusticia eius manet in seculum
seculi: cornu eius exaltabitur in gloria. Pec-
cator videbit et irascetur: dentibus suis
fremet et tabescet: desiderium peccatorum peri-
bit.



Anti. In mandatis eius volet ni-




mis. Sit nomen. Euouae. Ps. 112.

Laudate pueri dominum: laudate
nomen domini. Sit nomen domini be-
nedictum: ex hoc nunc et usque in seculum. A


solis ortu usq; ad occasũ: laudabile nomē dñi Excelsus sup oēs gētes dñs: et sup celos glia ei9 Quis sic dñs deus nr̄ qui in altis habitat: et humilia respicit in celo ꝛ in tra Suscitans a tra inopē: ꝛ de stercore erigēs pauꝑē Ut collocet eũ cũ pncipib9: cũ pncipib9 ppli sui Qui hitare facit sterilē in domo: mrē filioꝝ letātē. aā.

Sit nomē domini benedi ctū in secula. aā. Tp pas. aā. Alleluia alleluia alleluia alleluia. ℟ bre ue. Quā magni ficata sūt. Opera tua domine. ℣.




mnia in sapiētia fecisti repleta ē tra.


Hymn⁹



Lucis crea tor optime. lucē



die rū proferēs: primordijs lucis




noue mundi parans originem .

Qui mane iunctū vesperi diē vocari precipis: tetrū chaos illabit͛ audi p̄ces cū fletib⁹ Ne mens grauata crimine vite sit exul munē: dū nil perenne cogitat seseq; culpis illigat Celoruȝ pulset intimū vitale tollat premiū: vitem⁹ oē noxiū purgem⁹ oē pessimū Pr̄a p̄r pij. ℣. Dirigat̄ dn̄e: oro mea. ℟. Sic incensū: in ɔspectu tuo.

Secunda feria ad vs. Ant.


Nos qui viuimus. Tpe pas. an. Alle luia. Euouae.




In exitu Ps. 113. israel de egypto: domus iacob de
populo barbaro. Facta est iudea sctifi
catio eius: israel potestas eius. Mare vidit et
fugit: iordanis conuersus est retrorsum.
Montes exultauerunt vt arietes: et
colles sicut agni ouium. Quid est tibi mare
quod fugisti: et tu iordanis quia conuersus
es retrorsum. Montes exultastis sicut ari
etes: et colles sicut agni ouium. A facie
domini mota est terra: a facie dei iacob.
Qui conuertit petram in stagna aquarum:
et rupem in fontes aquarum. Non nobis
domine non nobis: sed nomini tuo da gloriam.
Super misericordia tua et veritate tua: nequando di
cant gentes vbi est deus eorum. Deus autem

nr̄ in celo: omīa quecūq; voluit fecit
Simulacra gentiū argentū ⁊ aurū:
opa manuū hoīm Os habēt et non
loquent̄: oclos hn̄t et nō videbūt Aures
hn̄t et nō audiēt: nares hn̄t et non
odorabūt Manus hn̄t ⁊ nō palpabt̄.
pedes hn̄t ⁊ nō ambulabūt: nō clama
būt in gutture suo Siles illis fiant
qui faciūt ea: et omēs qui ɔfidūt in
eis Domus isrl̄ spauit in dn̄o: adiu
tor eor ⁊ ptector eor est Dom9 aaron
spauit in dn̄o: adiutor eor ⁊ ptector
eor est Qui timēt dn̄z spauerūt in
dn̄o: adiutor eor ⁊ ptector eor ē Dn̄s
memor fuit nr̄i: et bn̄dixit nobis.
Benedixit domui isrl̄: bn̄dixit do
mui aaron Bn̄dixit omib9 q timent
dn̄z: pusillis cū maiorib9 Adiciat
dn̄s sup vos: sup vos ⁊ sup filios vr̄os
Bn̄dicti vos dn̄o: q fecit celū ⁊ terrā
Celū celi dn̄o: terrā aūt dedit filijs

hoīum Non mortui laudabūt te dn̄e: neqꝫ om̄es qui descendūt in infernū Sed nos qui viuim⁹ bn̄dicim⁹ dn̄o: ex hoc nūc et vsqꝫ in sclm̄ Gloria. An.




Nos qui viuimus benedicimus



domino. Inclinauit dominus.

Dilexi: qm̄ exau ps. 114.  Exaudiet dn̄s vocē orōnis mee Quia inclinauit aurē Euouae. suā m: et in dieb⁹ meis inuocabo Circumdederūt me dolores mortis: et pericula inferni inuenerūt me Tribulationē et dolorē inueni: et nomē dn̄i inuocaui O dn̄e libera aīaꝫ meā. misericors dn̄s et iust⁹: et deus nr̄ miseret᷑ Custodiēs paruulos dn̄s: humiliat⁹ sū et libāuit me Conuertē aīa mea i

requiem tuam: quia dominus benefecit tibi. Quia eripuit animam meam de morte. oculos meos a lachrymis: pedes meos a lapsu. Placebo domino: in regione vivorum. An[tiphona].



Inclinavit dominus aurem suam



michi. Credidi. Euouae. Psalmus ·iis·

Credidi propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis. Ego dixi in excessu meo: omnis homo mendax. Quid retribuam domino: pro omnibus que retribuit michi. Calicem salutaris accipiam: et nomen domini invocabo. Vota mea domino reddam coram omni populo eius: preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. O domine quia ego servus tuus: ego servus tuus et filius ancille tue. Dirupisti vincula mea. tibi sacrificabo hostiam laudis: et nomen

dominum invocabo Vota mea domino reddam: in conspectu omnis populi eius: in atriis domus domini in medio tui hierusalem. Ps. 116.

Laudate dominum omnes gentes: laudate eum omnes populi Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: et veritas domini manet in eternum Gloria patri. Ant.



Credidi propter quod locutus sum. An. Confitemini Ps. 117. Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculum




Sexte. Ps. Ipsum misericordia eius Dicat nunc israel quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius Dicat nunc domus aaron: quoniam in seculum misericordia eius Dicant nunc qui timent dominum: quoniam in seculum misericordia eius De tribulatione invocavi dominum: et exaudivit me in latitudine dominus Dominus michi adiutor: non timebo quid faciat michi homo Dominus michi adiutor:

et ego despiciam inimicos meos. Bo
nū est cōfiteri in dn̄o: q̄ɜ cōfidere in ho
mine. Bonū est sperare in dn̄o: q̄ɜ spe
rare in principib9. Omēs gentes cir
cuierunt me: et in nomie dn̄i q̄a vltus
sum in eos. Circundantes circūde
derunt me: et in noie dn̄i q̄a vltus sū
in eos. Circundederunt me sicut apes: et
exarserūt sicut ignis in spinis: et in no
mie dn̄i q̄a vltus sū in eos. Impul
sus euersus sū vt caderē: et dn̄s susce
pit me. Fortitudo mea et laus mea
dn̄s: et factus est m̄ in salutē. Vox ex
ultationis et salutis: in tabernaculis
iustorū. Dextera dn̄i fecit virtutē. dex
tera dn̄i exaltauit me: dextera dn̄i fe
cit virtutē. Non moriar sed viuā: et
narrabo opera dn̄i. Castigans casti
gauit me dn̄s: et morti nō tradidit
me. Aperite michi portas iusticie. in
gressus in eas cōfitebor dn̄o. hec porta

dñi iusti intrabūt in eam Cōfitebor tibi qm̄ exaudisti me: et factus es m̄ in salutē Lapidē quē reprobauerūt edificantes: hic factus est in caput anguli A dño factū est istud: et est mirabile in oculis nr̄is Hec est dies quā fecit dñs: exultem⁹ et letem̄ in ea O dñe saluū me fac: o dñe bene p̄sperare. benedict⁹ qui venit in noīe dñi Benediximus vobis de domo dñi: deus dñs et illuxit nobis Cōstitui te diē solennē in cōdensis: vsq; ad cornu altaris Deus meus es tu et cō fitebor ti: deus meus es tu et exaltabo te Cōfitebor ti qm̄ exaudisti me: et factus es m̄ in salutē Confitemini dño qm̄ bon⁹: qm̄ in sclm mīa eius.

Sequens añ canit̄ ad p̄mā. tercia. sexta. et nonā dñicas dieb⁹ p⁹ octā. ephie vsq; ad lxx. Et p⁹ oc. Corpis xi. vsq; ad aduentū dñi.



Alleluia alleluia alleluia. Euouae.

Sequentes añ canũtur tpe pas. horis suis tam in dñicis q̃z in feriis ab octa. pas. incluß. usq; ad Ascensionez dñi. Ad primam Ant.

Alleluia alleluia alleluia allelu ia. Euouae. Ad terciam. Anti. Alleluia alleluia alleluia alle luia. Euouae. Ad sextam et nonam Antiph. Alleluia alleluia alle luia. Euouae. Dominica die ad primam añ. ut sup. Psalm⁹. 118. Aleph.



Beati immaculati in via: qui ambulant in lege dñi. Beati qui scrutantur testimonia ei⁹: in toto corde exquirunt eum. Non enim qui oper

rant iniquitatem: in viis eius ambula
verunt Tu mandasti: mandata tua
custodiri nimis Utinam dirigantur
vie mee: ad custodiendas iustificationes
tuas Tunc non confundar: cum perspexero
in omnibus mandatis tuis Confitebor tibi
in directione cordis: in eo quod didici iu
dicia iusticie tue Iustificationes tuas
custodiam: non me derelinquas usquequaque.
In quo corrigit adolescen Beth.
tior viam suam: in custodiendo ser
mones tuos In toto corde meo exqui
sivi te: ne repellas me a mandatis tuis
In corde meo abscondi eloquia tua: ut
non peccem tibi Benedictus es domine: doce me
iustificationes tuas In labiis meis pro
nunciavi omnia iudicia oris tui In
via testimoniorum tuorum delectatus sum: sicut
in omnibus divitiis In mandatis tuis
exercebor: et considerabo vias tuas In iu
stificationibus tuis meditabor: non obli

uiscar sermones tuos. Gimel.
Retribue seruo tuo: viuifica me
⁊ custodiā sermōes tuos. Re
uela oculos meos: ⁊ cōsiderabo mira
bilia de lege tua. Incola ego sum in
terra: nō abscōdas a me mādata tua.
Concupiuit aīa mea desiderare iusti
ficationes tuas: in omī tpe. Increpa
sti suplos: maledicti qui declinant a
mandatis tuis. Aufer a me oppro
briū et cōtemptū: qa testimonia tua
exquisiui. Etenī sederūt pncipes et
aduersū me loquebāt: seruꝰ aūt tuus
exercebat in iustificatiōibꝰ tuis. Nā
et testimonia tua meditatio mea est:
et ꝯsiliū meū iustificatiōes tue. Daleth.
Adhesit pauimēto aīa mea: vi
uifica me sm verbū tuū. Uias
meas enūciaui ⁊ exaudisti me: doce
me iustificatiōes tuas. Uiā iustifi
cationū tuaꝝ instrue me: ⁊ exercebor

in mirabilib⁹ tuis Dormitauit aīa
mea pre tedio: cōfirma me in verbis
tuis Viā iniq̄tatis amoue a me: et
de lege tua miserere mei Viā veritatis
elegi: iudicia tua nō sū oblit⁹ Adhe
si testimonijs tuis dn̄e: noli me cōfun
dere Viā mandatorū tuorū cucurri:
cū dilatasti cor meū.

Symbolū fidei Athanasij epi alexandrini.

Quicunqȝ vult saluus esse: ante
omīa opus est vt teneat catholicam
fidē Quā nisi quisqȝ integrā inuio
